Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Eadem squinanciam per octauam passa. nihil
deglutire valens. suffocari credebatur. voto emisso
statim melius habuit. et squinancia disparuit.
Infans plenus vlceribus. voto per matres emisso li
beratur. et stati vlcera disparuerunt. testis mater.
Mulier ex tiefactione pollicis sinistre manus tot passi
onibus cruciata. vt cum ea manu nihil perficere pos
set. voto completo stati sui doloris leuiamen sensit.
et in breui sanata fuit. tes. ipa. ¶ Contracti restitu
ti numero. xvii.
Mulier manibus et pedibus
per xii. ebdomadas continue contracta in lecto
decumbens. multis medicamentis frustra adhibitis.
emisso voto stati melius habere cepit. et eo completo in
breui sanata fuit. testis ipa. Alia manibus et pedi
bus contracta. voto emisso statim melius habere cepit.
et sanitati restituta votum complenit. testis ipsa.
Altera per tres continuos annos manuum contractio
cum quartana febre passa. cui nullo medicamine
iuuari potuit. voto completo stati ex vtraque infir
mitate liberata fuit. testis ipsa. Alia per sex eb
domadas manu sinistra contracta. ita quod bracha
um nequaquam leuare poterat. voto completo
statim restaurata et sana de tuba abiit. tes. ipa.
Altera per plures annos die noctuque manibus et
pedibus maximis doloribus ac fletibus in lecto egri
tudinis contracta iacens. voto emisso de lecto sur
gebat et quo volebat progrediebatur. tes. mater.
Alia per sex ebdomadas manibus et pedibus con
tracta in lecto decumbens nulla potuit medela cura
ri. voto emisso statim melius habere cepit. et am
bulans personaliter votum complenit. tes. ipsa
Altera colica passione aliquamdiu graduata
demum morbum epilepsie incidit. ex quibus tantis
cruciata. tandemque manibus et pedibus contracta
per iiii. annos in extremis lecto decubuit. cui nulla
medicaque ope iuuari poterat. voto emisso melius
habere cepit. et in breui voti personaliter complens.
ab omnibus doloribus liberata fuit. et hodie